

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De Imitatione Christi Libri Quatuor

Thomas <von Kempen>
Augustæ Vindel., 1772

Caput XXIII. De meditatione mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45780

## De Imitatione Christi

## CAPUT XXIII.

De Meditatione mortis.

T. Valde cito erit tecum hich ctum, vide aliter, quom do te habeas: hodie homo est, cras non comparet.

Cum autem sublatus fuerit a culis, etiam cito transit a mente

O hebetudo, & duritia cordis h mani, quod folum meditatur præse tia, & futura non magis prævide

deberes tenere, quali hodie esses me riturus.

Si bonam conscientiam haberes non multum mortem timeres.

Melius esset peccata cavere, qual

mortem fugere.

Si hodie non es paratus quomo do cras eris? Cras est dies incetta; & quid scis, si crastinum habe bis?

2. Quid prodest diu vivere, quan do tam parum emendamur?

dat;

mus M

nis, datie

Perio B

per a

cogi tran

vesp

aud

ter mor

tur Filin

Ah! longa vita non femper emendat; fed fæpe culpam magis auget.

Utinam per unam diem bene esse-

mus converfati in hoc mundo!

Multi annos computant conversionis, sed sæpe parvus est fructus emendationis.

Si formidolofum est mori, forsitan

periculolius erit diutius vivere.

Beatus qui horam mortis suæ semper ante oculos habet, & ad morien-

dum quotidie se disponit.

Si vidisti aliquando hominem mori, cogita, quia & tu per eandem viam transibis.

3. Cum mane fuerit, puta te ad vesperum non perventurum.

Vespere autem facto, mane non

audeas tibi polliceri.

Semper ergo paratus esto, & taliter vive, ut nunquam te imparatum mors inveniat.

Multi subito, & improvise moriuntur; Nam hora, qua non putatur,

Filius hominis venturus est.

Quan-

Ah

hic l

nom

est,

rit

ente

dis h

ræfel

evide

ogital

es mi

beres

qual

uomo

ince

habe

quan

Quando illa extrema hora vener multum aliter sentire incipies de to & vit vita tua præterita, & valde dolebi quia tam negligens, & remissi fuisti.

4. Quam felix, & prudens, q talis nunc nititur esse in vita, qu nisi p lis optat inveniri in morte!

Dabit namque magnam fiducia cis, feliciter moriendi perfectus contem tius ; tus mundi, fervens desiderium virtutibus proficiendi; amor discipl næ, labor pænitentiæ, promptitud gravi obedientiæ, abnegatio fui, fuppo tibus tatio cujuslibet adversitatis pro am inger re Christi.

Multa bona potes operari, dum tores nus es, sed infirmatus nescio, qui re pe poteris.

Pauci ex infirmitate meliorantu sic & qui multum peregrinantur, ran fanctificantur.

5. Noli confidere super amicos proximos, nec in futurum tuam di

Mel

haben

Qu

riam

In

Ibi nes j

40 prop Ib bunt

arct fera

Liber I. Caput XXIII. gnam feras salutem: quia citius obliviscentur tui homines, quam æstimas. ulari Melius est nunc tempestive providere, & aliquid boni præmittere, gnen quam super aliorum auxilio sperare. Si non es pro teipfo follicitus modo, in i quis erit follicitus pro te in futuro? Nunc tempus est pretiosum: Nunc m no funt dies falutis: Nunc tempus acceptabile. us g Sed proh dolor, quod hæc utilius poffi non expendis, in quo promereri vaore v les, unde æternaliter vivas. Veniet, quando unum diem, seu ni m horam pro emendatione defiderabis; peca & nescio, an impetrabis. am 6. Eja charissime, de quanto pem. riculo poteris te liberare, de quam atien magno timore eripere, si modo semerico per timoratus fueris, & suspectus : hæ de morte? ta. Stude nunc taliter vivere, ut in nana hora mortis valeas potius gaudere. Disce nunc mori mundo, ut tunc a, o incipias vivere cum Christo. Difce D 4 Nun

De Imitatione Christi

Disce nune omnia contemner do m ut tunc possis libere ad Christum pe post r gere.

Castiga nunc corpus tunm per pa nitentiam, ut tunc certam vale

habere confidentiam.

7. Ah stulte, quid oogitas te d victurum, cum nullum diem habel fecurum?

Quam multi decepti sunt, & il

sperate de corpore extracti?

Quoties audisti a dicentibus, qui ille gladio cecidit, ille submersus el ille ab alto ruens cervicem fregit, ill manducando obriguit, ille ludend finem fecit.

Alius igne, alius ferro, alius pe ste, alius latrocinio interiit: & il omnium finis mors est, & vita ho minum tanquam umbra subito per transit.

8. Quis memorabitur tui post mor

tem? quis orabit pro te?

Age, age nunc charissime, quidquid agere potes: quia nescis, quan-

Du diviti

Pra folun

> Fa Sanc ut, te re

9. & h nihil

Se furfi man

> 11 nos tus mor

> > I.

bis

do

Liber I. Caput XXIII. mer do morieris, nescis etiam, quid te mpe post mortem sequetur. Dum tempus habes, congrega tibi er pa divitias immortales. Præter salutem tuam nihil cogites; vale solum quæ Dei sunt, cures. Fac tibi amicos venerandos Dei te d Sanctos, & eorum actus imitando, abei ut, cum defeceris in hac vita, illi te recipiant in æterna tabernacula. & i 9. Serva te tanquam peregrinum, & hospitem super terram, ad quem , qui nihil spectat de mundi negotiis. is ef Serva cor liberum, & ad Deum t, ill fursum erectum, quia non habes hic dend manentem civitatem. Illuc preces, & gemitus quotidias pe nos cum lachrymis dirige; ut spiri-& fil tus tuus mereatur ad Dominum post a ho mortem feliciter transire. Amen. per CAPUT XXIV. De judicio & pænis peccatorum. mor I. In omnibus rebus respice finem, & qualiter ante districtum stanuid. bis Judicem, cui nihil est occultum: uando